



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De scientia confessarij c. 15.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

rum : Diuinationes, Incantationes, ac Dœmonum inuocationes. Pœnitentiarii vero Romæ ab iis omnibus absoluunt, & etiā ab omnibus excommunicationibus Episcopis reseruatis : & ab aliis censuris, & votis, à quibus nec ipsi Episcopi absoluunt.

Descentia Confessarii. Cap. 15.

Scientia est quarta conditio confessariis necessaria, ut supra Cap. 13. tacitum est. Est enim iudex ipse confessarius fori interioris, ideo eorum, quæ in suo foro accidunt, peritiam habeat necesse est. Scire autem debet, quæ peccata mortalia, quæ venialia fuerint ex suo genere, & circumstan-
tias peccatorum necessarias, & inter mortalia, quæ habent ex communicationem annexā, quæ restitutioni pecuniæ, damni illati, & famæ obnoxia : Contractus

illicitos usuræ, & simoniæ. Quæ
absolutionis impedimenta quibus in casibus confessiones val-
dæ vel repetendæ fuerint. Non
tamen omnes confessarii eadem
scire tenentur. sed qui in ciuitati-
bus plurium & magnorum mer-
catorum confessiones audiunt,
plura etiam scire debent & saltem
debent scire dubitare. Scientiæ
addenda est prædictia ad remedia
opportuna præscribenda, & san-
ctitas, nam qui in mortali pecca-
to confessiones audiunt, morta-
liter peccant.

*De sigillo à Confessario obser-
uando. Cap. 16.*

SIgillum est obligatio occultă-
di peccata quæ in confessione
sunt cognita. Quæ enim in co-
fessione habentur, etiam venia-
lia, circumstantiæ, ac defectus
qui ad famam pertinent, tegenda